TROPHÆUM GLORIOSUM A PHILIPPO 3. HISPANIARUM REGE CATHOLICO, ...

Bartolomeo Rossi

Digitized by Google

Schedato

24

TROPHÆVM GLORIOSVM A PHILIPPO III.

HISPANIARVM REGE CATHOLICO,

Fideique defenſore conſecutum;

DVM SS.^MI CAROLI,

Card. & Archiepiſc. Mediol.

COSTAM

Ab eius ſancto corpore extractam, eiq; tranſmiſſam, maxima cum veneratione, recepit.

DISCVRSVS VNICVS.

AVCTORE R. D. BARTHOLOMÆO
de Rubeis, Doct. Theologo.

Clariſſimis, & Ornatiſſimis Iuuenibus,
AVGVSTINO, BERNARDO,
& BENEDICTO BEMBO.

VENETIIS, M. DC. XVI.

Apud Petrum Deuchinum.

Digitized by Google

790

Digitized by Google

CLARISSIMIS,
& Ornatiſſimis Iuuenibus,
AVGVSTINO
BERNARDO, ET BENEDICTO
BEMBO
ILL.MI ET EXCELL. DD. PHILIPPI, Filijs dilectiſſimis.

BARTHOLOMÆVS DE RVBEIS Doct. Theologus. F.

THEATRVM ſpirituale, Glorioſi CAROLI vitam, omni ſanctitate conſpicuam, repreſentans, SERENISS. PRINCIPI Patruo veſtro, dicatum; prout CORDIS ANATOMIA ſpiritualis ipſiuſmet, Illuſtriß. & Excellentiß. Patri conſecrata; non immeritò vobis Clariſſimis, & omni virtutum genere exornatiſſimis filijs, DISCVRSVS iſte vnicus, ſuper eiuſdem Sancti COSTA, nuper à me abſolutus, præclariſſimo nomine veſtro erat exornãdus; non ſolum, vt typis mediantibus, aliqua ex parte, totius Illuſtriß.

Familiæ veſtræ gloria, immortalitati eſſet commendata, famulatusque meus erga nobiliſſimam proſapiam BEMBO, toto terrarum orbi innoteſceret; verum etiam, cum Fortitudinis Symbolum, COSTA ſit, quæ eximia virtus, quamuis, omni tempore, in cunctis Chriſti fidelibus, in hoc ſtadio currentibus, requiratur; ijs tamen, qui in florentiſſima Iuuenili ætate (quemadmodum eſtis vos) ſunt conſtituti, apprime neceſſaria eſt; nam ſæuiſſimus humani generis hoſtis, Iuuentuti potiſſimum, inſidias tendere (in qua continua eſt pugna, & rara victoria) non eſt cur dubitemus. Fateor quidem, me noſcere vos, ante viros, quàm adoleſcentes; ante ſenes, quàm Iuuenes, qui iſta veſtra ætate, necdum matura, cæleſtis numinis amore tantopere deuincti tenemini; quòd terrenis hiſce ſpretis, in ijs, quæ ad DEI cultum, & animæ ſalutem pertinent, ſumma elucet aſſiduitas veſtra, ſumma pietas; in tuenda autem animorum pulchritudine, repellendisque ſcelerum contagionibus, ardor planè inexpectatus, mirificus, ſingularis: verum quia ſummam deuotionem veſtram, quam erga CAROLVM Beatum habetis, certo ſcio, hac inquàm de cauſa, huiuſce glorioſi Athletæ COSTAM, quæ eius inuicti animi repreſentat fortitudinem, ob mentis oculos, vobis ponere volui, vt illius heroica facta per imitationem ſequentes, facilius, cum antiquo hoſte decertantes, eius confractis viribus, tandem CORONA gloriæ decorari mereamini. Munus ſanè perexiguum (fateor) ſed maius eſt, quod ego donare, vel poſſim, vel debeam, aut à benignitate veſtra libentius acceptum iri confidam, quorum delectamenta præcipua ſunt libri, & hi, vt plurimum, ſpirituales, quibus mediantibus virtutum veſtrarum clara ſpecimina in hac Catholica REPVBLICA in dies, ſumma cũ laude dare cœpiſtis. Precor DEVM, cui ſinceriſſimum cultum adhibetis, quemque à paruulis dilexiſtis, vt DEIPARAE VIRG. precibus potiſſimum, nec non B. CAROLI Aduocati veſtri, quam longiſſimè æuum, SERENISSIMI Patrui, Excellentiſſ. Patris, veſtrorumque omniũ, extendat, & quam impertiuit mentem optimam, eam in vobis omnibus, vſque ad extremam vitæ lineam, pro ſua bonitate cuſtodiat: Valete in Domino.

DI-

Digitized by Google

DISCVRSVS VNICVS.

Super Tropheo Glorioſo A PHILIPPO III Nuper conſecuto.

ARGVMENTVM.

In ſpirituali certamine, ij, qui deuicti ſunt, TROPHEA de ſuis victoribus reportant,

Quemadmodum PHILIPPVS REX Catholicus præſtitit;

Qui in Regiorum miniſtrorum perſona, à glorioſo CHRISTI athleta CAROLO, deuictus;

Nuper TROPHEVM *glorioſum, ab eo (ſummo deſiderio exoptatum) conſequutus eſt:*

Illius COSTAM videlicet; & hoc,

Triplici de cauſſa, quarum vnaquæq;, eius deuotionis affectum manifeſtat.

Digitized by Google

6

Tropheum quid.

Tropheum pro ſpolijs accipitur.

Trophea hiſce temporibus qualia ſint.

In bello corporali victor trophea requirit.

In bello ſpirituali victus tropheo decoratur.

Victoria vera eſt pro Chriſto mori.

Sanctorum imagines depictæ cũ trophæis.

TRophevm propriè apud antiquos, monumentum erat, Victori erectum, eo in loco, vbi hoſtes in fugam conuerterat. Prima aũt Trophea, ex arboribus confecta erant, quas, amputatis ramis, hoſtium ſpolijs decorabant; deinde etiam cępta ſunt fieri ex lapide, & in montibus, locisq; eminentioribus collocari. Aliquando verò (prout etiam hiſce noſtris temporibus) Trophevm accipitur pro victoria, ſiuepro ſpolijs, quæ victoria parantur; quare, etiam in Romanorum Trivmpho arma, quibus hoſtes erant deuicti, hæc inquã in Triumphali curru appenſa veluti Trophea, conſpiciebantur; Quæ ſanè conſuetudo, etiam hodiernò die ſeruatur, dum ſuper ſepulchris, in eminenti loco, vel in ianuis palatiorum, arma, quibus hoſtes ſuperati fuere, ſeu ab eis per vim ablata ſunt, in eminentibus locis, ſuſpenſa cernuntur. In ſpirituali bello verò, res è contra ſe habet; nam illud armorum genus, quo Sancti Martyres, & omnes alij Christi ſequaces, à mundi Poteſtatibus ſuperati ſunt, illa inquam, ipſis victis, & ſuperatis, Trophea ſunt, non autem Victoribus; etenim pro Christo pati, immò ipſum ſanguinem, pro fide ſua effundere, mortemq; ipſam ſubire, ipſamet victoria eſt, vita, & gloria. Atq; hinc eſt, ꝙ ipſemet Christvs, eius ſequaces hortabatur, dicens; *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*, & hac de cauſa: *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati*. Quare, *Cum palma ad Regna peruenerunt Sancti, CORONAS decoris meruerunt de manu DEI,* canit Eccleſia. Pro qua ſanè veritate comprobanda, ipſamet Eccleſia, à Spiritu Sancto edocta vult, ꝙ pro varijs tormentorum generibus, à Christi martyribus paſſis; ſic eorum imagines depictæ, vel ſculptæ ſint, illa inſtrumentorum genera in manibus tenentes, quibus à mundi Tyrannis cruciati fuere; quapropter; Petrus cruce, in qua fuit appenſus; Paulus enſe, quo ei caput fuit amputatum; Stephanus, lapidibus, quibus fuit obrutus; Laurentius craticula, in qua aſſatus eſt, & alij, pro martyrij varietate, varia inſtrumenta, iuxta genus ſuum, in manibus deferre cõſpicimus, quæ Trophea nuncupantur, quibus mediantibus mundum, diabo-

Digitized by Google

diabolum, imò, & mortem ipſam, ab eis deuictam fuiſſe apparet. Cum igitur (experientia duce) veritas hæc com probata ſit, ꝙ videlicet in bello ſpirituali, ipſimet victi, TROPHEA de Victoribus reportent; Cum non ſolum ex ijs quamplures, qui etiam hodierno die huius lucis vſura fruuntur, & CAROLI glorioſi animum inuictum cognouerunt, ſed & ij omnes, qui libros hac de re conſcriptos legerint, certò ſciant, factum illud memorabile, quod quinquaginta, & amplius annis elapſis, eo inquam tempore, quo vigilantiſſimus Paſtor MEDIOLANENSEM Eccleſiã gubernabat, euenit; dum Regios miniſtros, ipſiusq; ampliſſimæ Ciuitatis magiſtratus primarios, eius ſanctiſſimis legibus aduerſantes, mulctauit. Tunc enim excelſi animi, & præſtantis cuiuſdam fortitudinis in Eccleſiaſtica iuriſdictione, præclarum ſpecimen dedit CAROLVS generoſus, qui prius cauſis, quę ad ipſum pertinebant, doctorum, & piorum virorum doctrina, & conſilio, cognitis, potentium minas non extimeſcens, pro dignitate Eccleſiaſtica tuenda, ſuperiores Ciuitatis MEDIOLANI Magiſtratus anathematis vinculo, non deterruit ſolum, ſed ligauit, vt diſcerent (quemadmodum ipſe dicebat) parere Eccleſiæ, & DEI miniſtris debitum honorem adhibere. Nec eo tempore defuere, qui ſanctiſſimi hominis humana contemnentis, non ſolum illam animi conſtantiam non laudarent, ſed eius conſilium valde improbarent, quòd nimis vellet, quod velle videretur; quòd REGEM potentiſſimũ, tot Regnorum Dominum, Catholicæ fidei defenſorem acerrimum, inuſitata hoc ſæculo ſeueritate, irritaret (ſic palam hæc vox vbique circumferebatur) immò etiam PIVM V. Pont. Opt. Max. eximio amore PHILIPPVM proſequentem, huiuſmodi anathematibus in REGIS Catholici miniſtros, & in MEDIOLANENSEM SENATVM, aliqua ratione turbaſſet. Hæc, aliaq; permulta his ſimilia, a ſuis intimis, vt eius animum a cenſurarum rigore amouerent, ſæpè, ac ſæpius dicebantur. Verum enim verò; gloriam vnam DEI, antè oculos ſibi propoſitam habens CAROLVS inuictus, nihil quicquam magnum, ſine ipſius Summi Pontificis, nec non, & eius ſucceſſoris GREGORII XIII. quos magna veneratione proſeque-

Victi trophea referunt.

B Caroli opus heroicum fortitudines inuicta.

B Caroli prudentia.

B Carolus Regios miniſtros excommunicat.

Mundi nequitia manifeſtatur.

B Caroli animus inuictus.

1 9 6

quebatur, conſilio, facere voluit, quare illis annuentibus (quamuis ardua aggrederetur) Sanctorum exempla imitari ſtudens, ac potiſſimum Thomæ Cantuarienſis, & præceſſoris ſui AMBROSII, admirabilem conſtantiam in Eccleſiaſtica iuriſdictione tuenda imitatus, varias multorum voces, quibus vir ſanctus lacerabatur, non audiebat; Beatum potius ſe putabat, cum maledicerent illi homines, cũ illum inexorabilem, & parum cautũ, rebus ſuis, ſuorumq; commodis minimè conſulentem nominarent. Nec conſanguineorum preces aliquid apud eum prodeſſe potuerunt, qui illum multoties exorauere; Ne familiam ſuam, quamplurimis diuitijs, ac varijs titulis exornatam, hac de cauſa priuatam redderet, & hoc rigore, PHILIPPVM REGEM MEDIOLANI DVCEM, ad iracundiam prouocaret, adeò q̃, & in fortunæ bonis (& quod peius erat) in ipſo corpore, grauem facerent iacturam: Quibus ipſe, hilari vultu, DEVM, eiusq; Eccleſiam eſſe in ſummo, & primo honore habendam, poſtea PHILIPPO Catholico, & Religioſiſſimo, omnia debere, quem ſummis proſequebatur honoribus affirmabat. Se ſcire, ac certò ſcire (verba quidẽ notatu digna, prout Illuſtriſs & Reuerendiſs. Card. Valerius, vir omni fide, & laude dignus, in eiuſdem B. CAROLI vita, ab eo conſcripta fol. 26 teſtatum reliquit) PHILIPPVM REGEM Catholicum, eſſe religioſiſſimum, & de Chriſtiana Republica optimè merentem, minimè probare (hæc inquam ſunt huiuſce prętantis viri formalia verba) quæ nonnulli eius nomine tanta diligentia curabant: Tamen, quid magis ſibi placeret, circa ARONAE Caſtrum, & alias ampliſſimas iuriſdictiones, ad BORROMAEORVM familiam ſpectantes, faceret, ſeq; velle magis parere DEO, quam hominibus. His igitur, ſimilibusque verbis, magna animi cum lenitate, cõſanguineos ſuos, in officio continebat, ita vt illi contradicere amplius nemo auſus ſit, quare maximo rigore REGEM, in eius miniſtrorum perſona, deuicit. Qui Catholicus, ac verè religioſus, recognita, de ipſius miniſtris admodum conqueſtus, cum de vigilantiſſimi CAROLI zelo circa Eccleſiã Mediolanenſem ſponſam ſuam, certior eſſet factus, illum maiori in honore, quandiù vixit, habuit, maximoq; proſequutus

B. Carolus Sanctorum imitator in Eccleſiaſtica iuriſdictione tuenda.

Ad iniurias inſenſibilis erat Carolus.

Conſanguineorum preces non audit Carolus

B Caroli magnanimitas.

Illuſtriſs. Card Valerij atteſtatio notatu digna.

Nota.

B. Carolus Victor eſt aduerſus Regẽ in perſona miniſtrorum ſuorum.

Philippi II religio maxima.

Digitized by Google

ſequutus eſt amore. Elapſis poſtea nonnullis annis, in Beatorum patria (ſic piè credendum eſt) & ipſius PHILIPPI REGIS anima ſublata, vbi CAROLI ſpiritus iampridem diuina gloria fruebatur; PHILIPPO III. in Regno ſuccedente, qui verè Catholicus, & religioſiſſimus, non ſolum ampliſsimorum Regnorum, & ſtatuum, ſed, & Patris pietatis, & religionis, cęterarumq; virtutum hæres factus erat; ad memoriam reuocando, PHILIPPVM II. eius Patrem, in Regiorum miniſtrorum perſona, a CAROLO inuicto fuiſſe ſuperatum. Cum de iure belli ſpiritualis ſit (vt ſuperius probauimus) quòd ille, qui victus fuit, ac ſuperatus, TROPHEVM de ſuo victore referat; ob id, paucis annis elapſis, per vniuerſum terrarum orbem B. CAROLI ſanctitate ab Eccleſia approbata, & manifeſtata, ad TROPHEVM, quod Pater, morte prçuentus, conſequi non potuit; PHILIPPVS III. filius, totis viribus ſe dedit, quare ſummis precibus ad Summum Pontificem hac de cauſſa transmiſsis; maxima animi ſui hilaritate, quod exoptauerat, obtinuit B. CAROLI COSTAM, videlicet; vt in perpetuum ſpiritualis victoriæ, per ipſius Patrem habitæ, ſeruaret Triumphum.

Philippus III Regnorum, & religionis hæres.

B. Caroli Canonizatio.

Rex Hiſp. à Carolo victus trophęũ petit, ideſt Coſtam B. Caroli.

Neque ſine maxima conſideratione, & prudentia Catholicus, & religioſiſſimus Rex, glorioſi CAROLI COSTAM, nec aliam illius ſancti corporis partem petere voluit; non enim myſterio vacat, huiuſce ſacræ RELIQVIAE poſtulatio, quæ TROPHEVM glorioſum, & perpetuum, AVSTRIACAE familiæ, eſſe debebat.

Philip Rex cur Coſtam exquiſiuit pro tropheo.

Sunt enim COSTAE, oſſa illa, ſpinæ cohærentia, inteſtinaq; ſuo complexu continentia, & vt Ariſto. lib. 2. de part. anim. c. 8. docet; COSTA in corpore, eſt fortitudo carnis, eamq; ſuſtentat, quod a D. Hieronymo ſuper Eccleſiaſten c. 12. confirmatur, dicens; COSTAE, totã ventris mollitudinem internorum viſcerum circundant, & ſeruant ſuo robore; vndè & apud Iob c. 18. COSTAE corporis robur appellantur, dicens; *Attenúetur fame robur eius, & inedia inuadat COSTAS illius.* Vbi D. Gregor. li. 14. mor. c. 7. ait, quod COSTAE, viſcera conſtringũt, vt latentia intrinſecus earum ſoliditate muniantur. Cum igitur COSTA (vt probauimus) roboris, ac fortitudinis

Coſta quid. Ariſtot.

D. Hieron.

Coſta corporis robur.

D. Greg.

Digitized by Google

Symbolum ſit, meritò, ſummaq; prudentia PHILIPPVS Rex Catholicus, COSTAM pro TROPHEO, ſibi omni iure debito, nec aliam ipſius ſancti corporis partem petijt, & hoc ad CHRISTI fidem in illis regionibus magis, ac magis amplificandam, & roborandam, quæ non ſolum in HISPANIA, ſed vſq; ad INDOS, ipſius PHILIPPI REGIS potentiſsimi opera, ac ſtudio, hodierno die maximè viget.

Prima cauſa, cur Philip. Coſtam petijt.

Sicuti ergo fides catholica, totius ſpiritualis ædificij, fortitudo eſt, ac robur, quo cęteræ virtutes conſeruantur, & ſuſtentantur, & ſine illa; *Impoſsibile eſt placere DEO,* ut Heb. 11. habetur; Sic B. CAROLI COSTA, à PHILIPPO REGE, ſummis precibus exoptata, & tandem pro TROPHEO obtenta (quæ fidei fortitudinem innuit) illius ſummi deſiderij, quod in illo regio pectore commoratur, vt ipſa fides potiſsimum, tanquam baſis aliarum uirtutũ, magis, ac magis in illis Regnis, & ſtatibus ſuæ ampliſsimæ ditioni ſubiectis, ad DEI gloriam, & animarum ſalutem, augeatur; Per eam enim, cæteris uirtutibus lumen impertitur, & ipſis fidelibus dies gratiæ oritur, quem poſtea dies gloriæ ſequitur.

Coſta fidei Symbolum.

Sed & aliam cauſam aſsignare poſsumus, cur glorioſi CAROLI COSTAM, nec aliam illius ſanctiſsimi corporis partem petierit PHILIPPVS REX, & eſt uera, & propria ratio TRIVMPHI. COSTA enim (ut paulo ſuperius declarauimus) roboris, ac fortitudinis Symbolum eſt, & illud armorum genus innuit, quo CAROLVS inuictus, in hoc ſpirituali bello ad pugnãdum aduerſus PHILIPPVM, in Regiorum miniſtrorum perſona, uſus eſt, hoc eſt animi inuicti præſtantia. Cum igitur apud hoĩes ſit celebrata illa uictoria, quãdo illa arma habentur, quibus inimicus ſuperatus eſt; CAROLVS verò, animi cõſtantia, per COSTAM expreſsa, Regios miniſtros deuicerit, mirum non eſt, ſi COSTAM, tanquam ipſummet armorum genus, quo PHILIPPVS REX ſuperatus eſt (ut diximus) in Regiorum miniſtrorum perſona; habere flagitauit.

Secũda cauſa, cur Philip. Coſtam poſtulauit.

Coſta vſus eſt Carolus ad pugnandum, id eſt animi conſtantia.

Verum, & tertiam addere poſsumus cauſam huiuſce prudentiſsimæ petitionis à Catholica Maieſtate factæ; Cur uidelicet B. CAROLI COSTAM, nec aliam corporis partem poſtulauerit, & ſenſus iſte, communi uſu loquendi admodũ quadrat, quo Hiſpani utuntur. COSTA

enim

Digitized by Google

enim (quæ ab eis COSTILLA dicitur) pro abundantia, & opulentia diuitiarum, & prouentuum accipi ſolet, quibus homines potentes ſunt ad magnifica opera exercenda, atque adeò potentes viros, ac valdè diuites, magnam COSTAM habere Hiſpani dicunt (es hombre de grande COSTILLA) pauperes verò, ac debiles, è contra, dicunt eos non habere COSTAM ad opus aliquod magni momenti exercendum; ita quod ſubſtantiam, & potentiam hominis, eius COSTAM, ſeu COSTILLAM Hiſpani vocant. Quot autem, ac quanta ampliſſima Regna, & ditiſſimos ſtatus, PHILIPPVS HISPANIARVM Rex potentiſsimus, poſsideat; vnicuique manifeſtum eſt, quippe qui inter omnes potentiſsimos terræ Principes, ipſum cœteris omnibus potentiorem eſſe vnuſquiſque fatetur; Quare in hoc ſenſu, PHILIPPVM, magnam imò maximam COSTAM habere, ideſt terrenis diuitijs maxime affluere certò ſcimus. Spiritualibus inſuper diuitijs, is qui Catholici, & defenſoris fidei nomine, meritò gaudet, locupletem eſſe, piè credendum eſt, nam ex eius heroicis & religioſis operibus, pro CHRISTI fide tuenda aduerſus Turcas, & alios infideles, nec non pro illa conſeruanda, & augenda potiſsimum apud Indos (prout in dies fama volat) ſatis conſtat ipſum de Regno temporali, ad ęternum anhelare; præter innumera alia opera; ſanctitatis odorem vndique redolentia, quæ illum verè Catholicum, religioſum, ac pium declarant: Vt igitur terrenæ diuitiæ, quibus valdè affluit, eumq; maximam COSTAM habere innuunt, cum ſpiritualibus pari paſſu, ad cœlorum Regnum ſibi comparandum currant; ob id, PHILIPPVS Rex, verè pius, ac prudentiſsimus, Beati CAROLI COSTAM, toto cordis ſui affectu, habere exquiſiuit, vt is, qui in temporalibus, magnam COSTAM habere dicitur, ita & in ſpiritualibus; certò ſciens, quòd DEVS, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, in illo pręcipuè loco, vbi Sanctorum RELIQVIAE à fidelibus venerantur, ibidē illius S. interceſsionibus gratias, tū ſpirituales, tū corporales, manibus apertis, impertiri ſolet. Qua de cauſſa Templum perhonorificum ad ipſius glorioſi CAROLI honorem, PHILIPPVS REX conſtrui mandauit, in quo COSTAM ipſius collocari iuſſit, quam ma-

Coſta diuitiarum copiā innuit.

Prouerbiū Hiſpanum.

Philip. Rex potentiſs.

Philip. Coſtam expoſtulat, vt diuitijs ſpiritualib. magis affluat.

Philippi Regis Hiſp. deuotio.

Digitized by Google

maxima veneratione ipſe vna cum tota Hiſpania adorat, vt ipſius Beatiſſimi Paſtoris interceſſionibus de Regno terreno, ad cęleſte conſequendum, poſt diuturnam vitam migrare poſſit, vbi Rex Regum, & Dominus Dominantium, cum B. CAROLO, ac Sanctis omnibus, viuit, & regnat in ſæculorum ſæcula. Amen.

Totum ſub correctione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Laus Deo, Deiparæq; Virgini, ac Sanctis omnibus.

1945 133

DE THEATRO SPIRITVALI

PRIMVS INDEX.

Speculi.

DE Sancti Caroli Conceptione. fol. 2
De eius Natiuitate. 4
De eius Infantia. 6
De eius Pueritia. 8
De eius Adoleſcentia. 10
De eius Iuuentute. 12
De dignitate Cardinalitia. 14
De eius ſolerti Vigilantia, dum Pontificatus negotia ſumma tractabat. 16
De Archiepiſcopali onere ſibi impoſito. 18
De eius Virilitate. 20
De eius Conſcientiæ puritate. 22
De Mediolanenſis Eccleſiæ reformatione. 24
De Viſitationibus forenſibus. 26
De eius Abſtinentia. 28
De eius erga pauperes Pietate. 30
De Deo irato, ſuis precibus placato. 32
De eius bonorum operum Aſſiduitate. 34
De eius frequenti Meditatione. 36
De eius Animi candore. 38
De premio eius heroicis operibus parato. 40
De Mortis tẽpore ſibi imminente. 42
De Mortis cum Vita commutatione. 44
De eius Sepultura. 46
De Sanctitatis odore poſt ſe relicto. 48
De Miraculorũ coruſcatione eius precibus mediantibus. 50

DE THEATRO SPIRITVALI

SECVNDVS INDEX.

Regij Diadematis.

PRimus lapillus, Fides. 58
Secundus lapillus, Timor Dei. 62
Tertius lapillus, Humilitas. 67
Quartus lapillus, Spes. 72
Quintus lapillus, Charitas. 77
Sextus lapillus, Iuſtitia. 82
Septimus lapillus, Patientia. 87
Octauus lapillus, Prudentia. 92
Nonus lapillus, Zelus. 97
Decimus lapillus, Fortitudo. 102
Vndecimus lapillus, Puritas. 107
Duodecimus lapillus, Meditatio. 112

v02

DE THEATRO SPIRITVALI
Tertius Index
TRIVMPHI GLORIAE.
Prima Conditio.

De lętitia animę B.Caroli. 120

Secunda Conditio.

De glorioſis corporis Beati Caroli dotibus. 125

Tertia Conditio.

De gratiarum actione, quas B.Carolus Deo referebat. 130

Quarta Conditio.

De glorioſa victoria, quam Carolus de omnibus inimicis reportauit. 135

Quinta Conditio.

De approbationis iudicio à S.Carolo, vna cum cęteris ſanctis ſedendo. 142

DE ANATOMIA SPIRITVALI
Cordis Beati Caroli.
PARS PRIMA.

De cordis eleuatione in Deum. 8
De cordis vnitate in Deo. 14
De cordis quiete in Deo. 20

Pars II. *De memorię potentia.* 26
De intellectus potentia. 32
De voluntatis potentia. 37

FINIS.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDVS INDEX
Rerum memorabilium, quæ in hoc opere continentur.

A

ABortum pati non poterat CAROLVS fol 3
Adamas infracti animi ſignum. 86
Aer dæmonibus plenus eſt. 137
Amalthea fabula. 51
Amator Dei verus. 80
Amor fortis vt mors. 78
Amoris effectus. 78
Amoris efficacia. 108
Amoris Chriſti erga nos ſignum efficax. 132
Amor infirmo ſimilis. 29
Amor duplex eſt. 98
Amor concupiſcentiæ qualis. ibid.
Amor amicitiæ quid ſit. ibid.
Angeli creatio nobilis 136
Angelorum nequitia. ibid.
Anima Caroli tota erat in Chriſto 80
Anima iuſti perfectam habet ſcientiam. 127
Animę glorioſę nihil deficit. 127
Apoſtoli conſtantia. 78
Apoſtoli ſententia declaratur. 89
Aqua lachrymarum cor lauat Carolus. 110
Aquila auium regina. 21
Aquila myſtica Carolus fuit. ibi. f. 80
Aquila ſauciata fuit. 80
Aquila prudentia 21
Aquila prudentia, & amor 33
Aranei ſolertia 17.
Araneus myſticus Carolus fuit ibid
Arcus in honorem animæ glorioſæ conſtructus. 122
Arcus ſpiritualis qualitates. 122
Arcus quomodo formatur. 123
Arcus peccatum innuit. 138
Arma militis, lucida eſſe debent. 121
Arma ad gloriæ triumphum habendum, virtutes ſunt. 122
Auguſtini doctrina pulcherrima. 69
Auguſtinus, quid de amore dicat. 78
Auguſtinus, quid de vita beata ſenſit. 103
Aurora quid ſit. 7
Aurora nubes illuminat. ibid.
Author, cur fabula vſus ſit. 51
Author de ſe ipſo loquitur.
Authoris ad B. Carolum protectorem exoratio. 150

B

BEati, quomodo Deum videt. 123
Beati iugiter Deum laudant. 127
Beatitudinis menſura tres. 126
Beatitudo opus arduum 68
Beatitudo naturalis ſoli Deo conuenit. 103
Beatitudo in corpore, & anima erit. 127
Beatitudo, verbis exprimi nequit. ibi.
Beatitudo in quo conſiſtit, varia opiniones. 126
Beatitudo in cognitione conſiſtit. 128
Beatorum laus continua. 134
Bernardus quatuor ſuperlatiuis Dæmones nominat. 138
Bonis premium, malis pœna dabitur. 143

C

CAlculus quid ſit. 128
Cardo quid ſit. 15
Cardinis nomen Carolo conuenit ibi.
Caroli parentes qui. 3
Carolus à Deo prædeſtinatus. ibid.
Caroli anima veluti lapillus pretioſus. ibid.
Carolus abortum pati non poterat. ib.
Carolus ſtellæ ſimilis. 5
Caroli intellectus Auroræ ſimilis. 7
Caroli ingenium præſtans. ibid.
Carolus tanquam Carbo accenſus. 9

Caroli affectus deuotus licet puer. ibid.
Carolus pueros exemplo ędificabat. ibi.
Caroli prudētia circa ſtudiū liter. 11
Carolus veluti formica fuit. ibid.
Carolus conditiones Quercus habet. 13
Caroli continentia. ibid.
Carolus eccleſię cardo. 15
Caroli ſolicitudo circa cultum diuinum. 17
Carolus myſticus Araneus. ibid.
Carolus tanquam luna fulgens. 19
Carolus ad patriam redit, dignitatibus decoratus. ibid.
Carolus Aquila miſtica. 21 & fo. 80
Carolus tanquam Aquila filiorum curam habet. ibid.
Caroli conſcientia Cithara ſimilis. 25
Carolus magnos redditus recuſat ibid.
Caroli conſcientia ſemper quieta. ibid.
Carolus eccleſię MEDIOL. nauim gubernat. 25
Carolus filios ſpirituale diligit. 27.
Caroli abſtinentia. 29
Carolus proprium corpus domat. ibid.
Carolus tanquam Vitis amputata. 31
Caroli opera heroica. ibid.
Carolus veluti Aquila, filios ſanat. 33
Caroli Zelus erga Mediolan. ibid.
Carolus ſuis precibus Deum reddit placabilem. ibid.
Carolus myſticus vomer. 35
Carolus miraculosè à morte preſeruatur. ibid.
Carolus myſtica Hadera. 37
Caroli deuotio erga Chriſtum. ibid.
Carolus myſticus Cygnus. 39
Caroli oratio à Deo exaudita. ibid.
Caroli deuotio in ſuſcipiendis ſacramentis. ibid.
Carolus ſimilis AMBROSIO. 41
Carolus Chriſti ſolis radius. ibid.
Carolus Mediolanen Eccleſiam illuminat. ibid.
Carolus quandiu vixit. ibid.
Caroli Spiritus vapor fuit. 45
Carolus Chriſti corona. ibid.
Caroli mors, ſomnus dicitur. ibid.
Carolus ſerpentis prudentia vſus eſt 47 & fo 96
Caroli corpus ſimile ſerpentis exuuijs. ibid.
Caroli corpus tanquam lilium. 49
Caroli corpus a multis veneratur. ibid.
Caroli benignitas erga ſuos deuotos 51
Carolus multis prodeſt. ibid.
Carolus vbique miraculis clarus ibid.
Carolus a Deo corona gloria decoratus. 55

C

CAROLI omnia genera coronarum debentur fo. 56
Carolus magna fide exornatus. 60
Caroli ſolicitudo. 61
Caroli pietas ibid.
Carolus Dei timore inſign. 65 & f. 66
Caroli reſponſio prudentiſſima. 66
Carolus ſemper humilis. 69
Carolus tres humilitatis gradus habuit. 70
Caroli Inſignia humilitate decorata. 71
Carolus tanquam piſcis paruulus. 74
Carolus ſemper in Chriſto ſperauit. 75
Caroli predicatio. ibid & fo. 100
Carolus mundum contemnit. ibid.
Carolus D. Chryſoſtomi doctrinam percepit. ibid
Caroli deſiderium erga MEDIOLANENSES. 76
Caroli anima in Chriſto erat tota defixa. 80
Carolus CORONA Obſidionali, Ciuica, Murali, vallari, Nauali, & Ouali dignus fuit. 56 & infrà
Carolus omnia bona nobis ĩpetrat. 58
Carolus proximum valdè dilexit. 81
Carolus ōnia pauperibus erogauit ibi.
Caroli mercatura in fine vitæ, quæ. ibi.
Carolus Iuſtitia virtute decoratus. 84
Carolus Deo obediuit. 85
Carolus cum paribus concors fuit. ibid
Carolus ſubditos erudiuit. ibid
Carolus miſeris ſubuenit. ibid
Carolus continens fuit. ibid
Carolus verus Chriſti miles. ibid.
Carolus veluti adamas ĩ manu Dei. 86

Carolus

Carolus patientię dono inſignitus. 90
Carolus veluti Larix. 91
Caroli patiētia, exēplis cōprobata ibi.
Carolus prudentię virtute decora 95
Carolus præſentia ordinauit. ibid.
Carolus futura preuidebat. ibid.
Carolus pręteritorū nō immemor. ibi.
Carolus mortem meditatur. 96
Carolus Dei Zelator. 100
Caroli opera heroica. ibid.
Carolus ſponſę ſuę Zelator. ibid.
Caroli opera, omni laude digna. 101
Carolus duos fortit. actus habuit. 106
Caroli cordis puritas maxima. 110
Carolus, quę remedia adhibuit ad cōſeruandam puritatem cordis. ibid.
Carolus aqua lachrym. cor lauat. ibi.
Carolus Chriſti paſſ. meditatur. 115
Carolus morti proximus Chriſti paſſionis non obliuiſcitur. ibid.
Caroli peregrinationes multę. ibid.
Carolus tribus animę potentijs Chriſti paſſionem meditabatur. 116
Caroli gloria animę. 124
Caroli corpus cū anima coniung. 126
Caroli corpus, veluti adamas fuit. 129
Carolus & in corpore beatus erit. ibid.
Caroli voluntas ſancta. 129
Carolus millies diaboli tent. ſup. 141
Carolus de ſpirit. inimicis triūph. 147
Carolus fortiſſ. aduerſus diabolū. 149
Carolus temper. virtute exornatus ib.
Caroli paritas magna. ibid.
Carolus taurū cordis, & corporis Deo immolauit. 150
Carolus tanquam vas plenū fuit. 133
Caroli laudes erga Deum ibid.
Cęli gloria, laboribus acquiritur. 126
Cęlum vi ſola acquiri poteſt. 103
Cęlū cū difficultate poſſideri pōt. 104
Certandum eſt cum inimico. 104
Charitas timorem pellit. 63
Charitas, cur morti, & inferno cōp. 78
Charitas vocatur ardens. 79
Chyrographi nomine quid intell. 138
Cithara à quo inuenta eſt. 25
Chriſtus Sol dicitur. 3
Chriſtus nauclerus nuncupatur. 25
Chriſtus vitis vera. 35
Chriſtus humilitatem nos docuit. 68
Chriſtus, per humilitatem aſcēdit. 69
Chriſtus calculus dicitur. 74
Chriſtus, omnem iniuſtitiam adimplenit. 83
Chriſtus totius iuſtitię fons. ibid.
Chriſti iuſtitia maxima. ibid.
Chriſtus, vt homo; iuſtitiam infinitam habuit. ibid.
Chriſti merita iuſtis communicata. 90
Chriſtus, quid à ſuis milit. exigat. 105
Chriſti natura, quę. 109
Chriſti deſiderium noſtrę ſalutis. 109
Chriſti opera eximia. 113
Chriſti paſſio, opus eximium. ibid.
Chriſti dilectio erga nos. ibid.
Chriſti paſſio meditata, peccatum expellit. 114
Chriſtus ſpeculum dicitur. ibid.
Chriſtus peccati ſolam imaginem habebat. ibid.
Chriſtum paſſum meditari, tribulati conſolantur. 115
Chriſti paſſio, omnium malorum medicina. ibid.
Chriſtus multis modis iudicabit. 144
Chriſtus Diaboli potētias cōfregit. 138
Chriſtus peccatum ſuperauit. ibid.
Chriſtus chyrographum peccati deleuit. 139
Chriſtus quomodo chyrographum peccati affixit cruci. 139
Chriſti aduētus neceſſarius mūdo. 140
Chriſtus ſcutū & bellū confregit. ibi.
Collyrio ſacramentorum cor purgat Carolus. 111
Cor noſtrum quomodo firmatur. 109
Cor lauat Carolus aqua lachrym. 110
Cordis mobilitas. 109
Coronarum varia genera Carolo debentur. 55. & infra.
Corporis glorioſi quatuor dotes. 144
Corpus poſt Reſurr. animę coniungetur. 126
Corpus beati currus triūphalis eſt. 128
Corpus iuſti in reſurrectione glorioſum erit. 144

Secundus Index.

Cygnus quid ſit. 19
Cygnus myſticus Carolus fuit. ibid.
Cypreſſus quid ſit. 41

D

DAuidis deſiderium. 65
Dauidis verba explicantur. Beati qui habitant, &c 127
Dauidis verba declarantur. Renuit conſolari &c. 131
Dei deſiderium erga hominem. 108
Deus iratus Mediolanenſes punit. 33
Deus, neminem cogit. 55
Deus non vi, ſed amore, nos ad ſe attrahit. ibid.
Deus intellectus noſtri defectus ſuppleuit. 59
Deus ſolus, Iuſtum ſatiare poteſt. 65
Deus humilem ſuſcipit. 69
Deus non æqualem iuſtitiam exigit à Iuſtis. 84
Deus nos fecit dupliciter. 85
Deus fidelis eſt. 88
Deus ſolus, nos ſatiare poteſt. 131
Diaboli triplex acumen. 137
Diaboli ira aduerſus hominem. 68
Diaboli nequitia. 93
Diabolus ſuadet viam virtutis eſſe difficilem. ibid.
Diabolus, cur Behemot vocatur. 104
Diabolus hominem perſequitur. 136
Diabolus Pardo ſimilis. ibid.
Diabolus, aduerſus hominem auxiliũ quærit. 137
Diabolus Rex ſuperbiæ. ibid.
Diabolus propter ſæuitiam Leo nuncupatur. 137
Duo ordines erunt in Iudicio. 144

E

ECcleſia nauis eſt. 25
Eccleſia Mediolanenſis, Caroli ſponſa. 27
Echinus piſcis quid. 74
Echinus de eo plura ſcribit D. Ambroſius. ibid.
Error aliquorũ circa animam noſt. 127
Exẽplũ de aurifice cũ applicatione. 89
Extaſi quid ſit. 108

F

FErri qualitates cũ applicatione 99
Fideles piſces nuncupantur. 74
Fidelis Chriſti miles dicitur. 121
Fidelis vnuſquiſque miles eſt. 139
Fides, ſcutum appellatur triplici de cauſa. 59
Fides ſolũ in præſenti vita habetur ib.
Fides hominem defendit. ibid.
Fides, quomodo mundum carnem, & Diabolum vincit. 60
Fides, virtutes cuſtodit. ibid.
Fide maxima Carolus erat ornatus. ibid.
Fides timorem cauſat. 63
Fluminis natura. 110
Formica vnde dicta, & eius prudentia. 11
Fortitudo quid ſit, & duo actus illius. 105

G

GRatia gratis data cum peccato eſſe poteſt. 90
Gratia iuſtificans eſt cum Patientia virtute. ibid.
Gratia g d à Deo eſt tota. ibid.
Gratia ad ſalutem neceſſaria eſt 123
Gregorij dubitatio cum ſolutione. 60

H

HAedera vndè dicitur. 37
Hedera myſtica Carolus fuit. ib.
Homines, & Angeli in iudicio apparebunt. 143
Hominis opera, rectè iudicabũtur. 143
Hominis iudicium multiplex erit. 145
Homo humor aqueus dicitur. fo. 3
Homo fidelis lignum appellatur. 9
Homo liber à Deo creatus eſt. 143
Homo Dei opus dicitur. ibid.
Humilis à Deo exaltatur. 69
Humilitate, Caroli Inſignia decorata. 71
Humilitatem Chriſtus nos docuit. 68
Humilitatis gradus tres. 70

Ideq

I

IDea omnium rerum in Deo ſunt. 69
Igne tribulationis cor expurgat Carolus. 111
Ignis amoris qualitates 79
In natiuitate Caroli miraculum. 5
Intellectus noſtri imbecillitas. 59
Intellectus noſtri defectus Deus ſuppleuit ibid.
Ioannis viſio de Deo. 134
Iob dictum explicatur. 116. 194
Iſaiæ dictum declaratur. 84
Iuditium vniuerſale fiet. 143
Iuſtitia in iuſtis, inæqualis eſt. 84
Iuſtitia hominum imperfecta eſt. 83
Iuſti cur adamantes dicuntur. 86
Iuſti iudicia approbationis iudic. 144
Iuſti timor. 65
Iuſti conſtantia. 78
Iuſtitiæ deſcriptio. 84
Iuſtum eſſe melius eſt, quam eſſe hominem. 85
Iuſtus Chriſti miles eſt. 73
Iuſtus tribulatus ad ſpem cõfugit ibi.
Iuſtus pro Dei amore omnia patitur 79
Iuſtus tribulatus Chriſtum habet debitorem. 90
Iuſtus, quomodo Dei Zelator eſt. 98
Iuſtus duplici Zelo in Deũ fertur. ibid.
Iuſtus tanquam flamen eſt. 110

L

LAetitia iuſti triumphantis. 131
Larynx, & eius proprietas. 91
Lepus vnde dicitur. 63
Liberum arbitrium in prædeſtinato non cogitur. 54
Lilium quid. 49
Lilium fuit Caroli corpus. ibid.
Luce fidei cor ſuum illuminat Carolus. 111
Luciferi voluntas ad malum. 136
Luna à lucendo dicta. 19

M

MAnna quid ſit. 128
Meditatio paſſionis Chriſti valde vtilis. 113
Memoriam habere debemus paſſionis Chriſti. 113
Militia eſt vita hominis. 73
Miracula corpus glorioſum illuſtrant. 126
Miraculosè ciuitas Mediolani liberatur. 61
Miraculum in natiuitate Caroli. 5
Monoceros quid. 105
Mortis deſcriptio. 78
Munditia cordis quid ſit. 108
Mundus mare eſt 25

N

NOſtri corporis quatuor defectus. 128
Noſtri corporis glorioſi quatuor dotes. ibidem.

O

OPera ad ſalutem requiruntur. 3
Opera omnium probè cognita erunt. 143
Oſtrea quid ſit. 3

P

PAlma quid. 41
Palma Carolo debetur. ibid.
Parabola Matth. declaratur. 64
Patientia ſignum eſt prædeſtinat. 88
Peccator carbo dicitur. 9
Perpendiculum quid. 94
Pila quid ſit. 19
Prædeſtinationis ſigna. 88
Prædeſtinationis ſuæ nemo poteſt eſſe certus. ibid.
Prædeſtinatorũ numerus certus apud Deum. 55
Prædeſtinatus gratia diuina vſque ad mortem concomitatur. 3
Prædeſtinatus falli non poteſt. 55
Prudentia Caroli circa literarum ſtudium. 11
Prudentia quid ſit. 93
Prudentia iuſtorum quæ. ibid.
Prudentia triplex eſt. 94
Prudentia, tanquam perpendic. ibid.
Pueros exemplo erudiebat Carolus. 9

Q

QVadruplex defectus corporis noſtri. 128
Quatuor dotes corporis glorioſi. 128

Quercus

Quercus qualitates 113
Quercus conuerſationem Sanctorum innuit. ibid
Quid pro ſubſtātia ſit intelligen. 109
Quomodo intelligendum ſit: Ecce Adam quaſi. &c. 108
Quomodo intelligendum ſit: Oculus non vidit &c. 103
Quomodo intelligendum ſit: Qui non odit patrem &c. 99
Quomodo intelligendum ſit: Induite vos, ſicut &c. 112
Quomodo Zelare debemus ea, quæ Dei ſunt. 99

R

Redemptionis opus, canticum nouum eſt. 133
Regina auium Aquila eſt. 21
Romanorum conſuetudo, cum applicatione. 131
Romanorum conſuetudo poſt Triumphum. 149

S

Sancti in cęlo Chriſto gratias agũt propter Redemptionis opus. 132
Sancti, cur palmas in manib geſt. 104
Sancti in iudicio non intercedent pro nobis. 145
Sancti erunt armati contra peccatores. ibid.
Sanctorum reprehenſiones aduerſus peccatores. 145
Sapientiæ verba explicantur: Stabunt iuſti. &c. 146
Sapone eleemoſinæ cor lauat Carolus. 111
Sceptrum poteſtatem innuit. 146
Scientia huius mundi imperfecta. 127
Scopa confeſſ. cor verrit Carolus. 111
Scutum quid ſignificet. 139
Seneca quid de prudentia dicat. 95
Senſus oẽs in cęlo erũt beatificati. 128
Serpentis exuuię vnde dictę. 47
Similitudo vaſis cũ applicatione. 132
Sol quid ſit. 41
Speculum, quid ſit. 68
Speculum concauum quid. ibid.
Spei deſcriptio, & diffinitio eius. 74
Spes regni cęleſtis nos laborare fac. 73
Spes, & timor ad ſalutẽ neceſſ. ibid.
Spes anchoræ ſimilis eſt. ibid.
Spes anchora ab Apoſt. nominatur. ibi.
Spes in bonis operibus fundata eſt. 74
Spes premij in bello. 121
Stella quid ſit. 5
Stella matutina cur ſic dicta. ibid.
Stellę ſimilis fuit Carolus. ibid.
Superbia, omnis peccati initium. 68

T

Taurus fortitudinis, & temperantiæ ſymbolum. 149
Temo nauis, & eius officium. 25
Timor ſeruilis imperfectus eſt. 63
Timor initialis, filialis, & caſtus. ibi.
Timorem pellit charitas. 63
Tres gradus humilitatis. 70
Tribulatio non excedit vires noſt. 88
Tribulatio de iure gloriam affert. 89
Tribulatio cęteris donis Dei emin. 90
Tribulatio, vnde prouenit. ibid.
Tribulatus à Deo dilectus. 88
Tribulatus iuſtus Chriſtũ hẽt deb. 90
Triplici de cauſa fidei ſcutũ appel. 59
Triumphator coronabatur, & cur. 149

V

Vapor quid ſit. 45
Vapor homo fidelis eſt. ibid.
Vapori ſimilis, Caroli ſpũs fuit. 111
Vento Spir. S. cor purgat Carolus. 110
Verba Ieremię quomodo intelligenda: Tu noli orare. &c. 61
Via virtutis, nos ad cælũ perducit. 93
Virtus animam veſtit. 121
Virtutes arma ſunt aduerſus dia. 121
Virtutibus cælum acquiritur. 68
Virtutis viam difficilem eſſe ſuadet diabolus. 93
Virtutis viam ſecuti ſunt Sancti. ibi.
Vita hoĩs multis peric. expoſita eſt. 121
Vitis, vnde dicta. 31
Vomer myſticus Carolus fuit. 35

Z

Zelo duplici in Deũ fertur iuſtus. 98
Zelus Caroli erga Mediolanen. 33
Zelus, Amoris effectus eſt. 98
Zelus amicitię à charitate proue. 99

ANA-

Digitized by Google

ANATOMIÆ SPIRITVALIS
Cordis S.Caroli. Index.

A

Accipiter, quomodo reuocatur. 22
Accipitris natura qua. ibid.
Adamas quomodo efficiatur. 17
Adamas Symbolum eſt infracti animi. ibid
Adamas in manu Domini, Carolus fuit. 18
Amor Caroli circa cultū diuinū. 16
Anima noſtra vbi reſideat. 9
Anima Caroli tanquam Apis. 28
Animi fortitudine præſtabat Carolus. 16
Apis quid ſit, & eius proprietates. 28
Apoſtoli ſententia declaratur. Pluſquam ſuperamus &c. 18
Aquilę proprietas. 11
Aquila ſimilis Carolus fuit. ibid.
Aquilę alę quid ſignificent. ibid.
Authoris exoratio ad B.Carolum. 41

B

Beneficia, voluntatis compedes ſunt. 27
Beneficiorum Dei Carolus non immemor. 27

C

Carolus cor mundum habuit 9
Carolus viuens, Deum mentis oculis videbat 10
Carolus tanquam Aquila fuit. 11
Carolus nobiliſſimus extitit 12
Carolus charitate inflammatus ibid.
Carolus corpus ſuum valde affligebat. ibid
Carolus ad cœleſtia ſolū intentus. 13
Carolus cum Deo multipliciter vnitus 15
Caroli amor circa Eccleſiaſticum cultum. 16
Carolus animi fortitudine pręſtabat. ibid.
Caroli charitas, & vigilātia eximia. ibid.
Carolus animo inuictus. ibid.
Carolus mortis timore, quietum reddebat cor. 23
Carolus libēter de morte loquebatur. ibid.
Caroli remedium ad reuocandum cor. ibid.
Carolus Chriſtum alloquitur. 24
Carolus beneficiorum Dei non immemor. 27
Caroli meditatio ad Chriſtum. 28
Caroli itinera varia. ibid.
Caroli cor ſolidum. 17
Caroli cor, vt adamas. 18
Caroli verba ſæpius cum Apoſtolo repetita 19
Caroli deuotio in fine vitę. 29
Caroli memoria erga Chriſtum. 30
Caroli voluntas in omnibus Deo ſubiecta. 39
Carolus Heliotropium fuit. 41
Caroli voluntas ad Deum ſemper conuerſa. ibid.
Carolus totus Deo dicatus. ibid.
Carolus ingenio ſublimis. 34
Caroli vitę ſeries innuitur. ibid.
Caroli diligentia, ſtudium, & vigilantia. 35
Carolus veram ſapientiā inuenit. 36
Carolus omnes ſapientię libros reuoluit ibid.
Chriſtus flos eſt. 17
Chriſtus flos, à Caroli corde nūquam extrahi potuit. 18
Cor à Philoſophis & Theologis, quomodo intelligatur 9
Cor pro intellectu aliquando accipitur. ibid.
Cor pro voluntate, memoria & pro omnibus animę potētijs accipitur ibi.
Cor Caroli, vt vas, & tanquam ſpeculum. 10
Cor Caroli aquilę comparatur. 11

Cor

Digitized by Google

Index Anatomiæ.

Cor in medio corporis diſpoſitum. 21
Cor m. lendinario ſimile, cum applicatione. ibid.
Cor Caroli ad Deum dirigebatur. 22
Cor noſtrum quomodo frenare poſſumus ibid.
Cor Caroli immaculatum. 23
Cor Caroli Deo proximum. 24
Creatio hominis nobilis. 38

D

DAuidis verba explicantur: Beatus vir, qui allidet. &c. 23
Dei deſiderium erga nos. 27
Deus quomodo videtur in cœlo, & in mundo. 10
Diaboli aſtutia aduerſus hominē. 33
Diabolus inimicus noſter 34
Differentia inter hominem, & cætera animalia 38
Differentia inter intellectum, & voluntatem. 33

E

EXortatio ad Apem myſticam ſequendam. 31

H

HEliotropij natura. 39
Heliotropium ſoli ſimile eſt. 40
Homines cur cæleſtia paruifaciūt 33
Hominis dignitas 38
Hominis lapſus. ibid.
Homo cur habet cor in medio corporis. 21
Homo cur ad Dei imaginē factus 27
Homo peccando imaginem Dei amittit. 38
Homo eſt myſt. Heliotropium. 39
Homo in baptiſmo, filius adoptiuus Chriſti. ibid

I

INtellectus quomodo recipit res ſpirituales. 33
Iuſtus Deo approximatur. 15

M

MEditatio Caroli erga Chriſtum 28
Memoria erga Deum, debet eſſe ordinata. 27
Memoria quid ſit. ibid.
Munditia cordis in duobus conſiſtit. 10
Munditia intellectus & affectus ibid.

N

Nobiliſſimus fuit Carolus. 11

O

OCulo ſimile fuit cor Caroli. 11
Oculus, ſolis eſt filius. 10

Q

Quomodo Accipiter reuocetur. 22.

S

SAncti lapides ſunt. 18
Simile de uento cum applicatione. 10
Simile de ſaxo cum applicatione. 19
Speculo ſimile fuit cor Caroli. 10
Sponſa verba explicantur. Leua eius ſub. &c. 21
Studium Carolus mutat. 34

T

TEſtimonium grauiſſimum Illuſtriſs. Card. Valerij 23
Thymus amarus, Chriſti paſſionem innuit. 28

V

VIrtutes hominem nobilem reddunt. 12
Viſio Amos facta. 18
Vnionis gradus multiplices: 15
Vnitus fuit cum Deo Carolus multis modis 15
Voluntas omniū malorum cauſa. 39
Voluntas noſtra transformatiuam habet virtutem. 38
Voluntatem propriam habere, malum eſt 39
Voluntatem Deo habere ſubiectā ſumma perfectio eſt. ibid.

F I N I S.

Digitized by Google

COSTÆ B. CAROLI
Index.

A

ATteſtatio Illuſtriſſimi Card. Valerij notatu digna. 8

C

CAroli canonizatio. 9
Caroli opus heroicum inuictæ fortitudinis. 7
Caroli prudentia, & animus inuictus. ibid.
Carolus SS. imitator in Eccleſiaſt iuriſd tuenda. 8
Carolus miniſtros Regios excommunicat. 7
Cauſæ cur Philippus Rex Coſtam, voluit. 10. & infra
Coſta quid. 9
Coſta corporis robur. ibid.
Coſta vſus eſt Carolus ad pugnandum. 10
Coſta diuitiarum copiam innuit. 11

P

PHilippi II. religio maxima. 8
Philippus III. Regnorum, & religionis hæres. 9
Philippus Rex, cur Coſtam voluit ibi.
Philippus Rex potentiſſimus, & eius deuotio. 11
Prouerbium Hiſpanum. 11

R

REx Hiſpan. à Carolo victus, tropheum petit. 9

S

SAnctorum imagines depictæ cum tropheis 6

T

TRophea hiſce temporibus qualia. 6
Tropheum quid. 6

V

VIcti trophea referunt. 7
Victor eſt Carolus aduerſus Regem in perſona miniſtrorum. 8

FINIS.

Laus DEO, Deiparæq; Virgini, ac Sanctis omnibus.

Nonnulli errores in hoc opere imprimendo furtim irrepſere, Tu prudens Lector eos pro tua benignitate corrige.

Digitized by Google

212

Digitized by Google

Digitized by Google